

Franckesche Stiftungen zu Halle

Erleichterte Lateinische Grammatica Oder: Kurze, doch zulängliche Anweisung zu der Lateinischen Sprache, um mehrern Nutzens willen bey der Jugend ...

**Cellarius, Christoph
Gesner, Johann Matthias**

Merseburg, 1746

VD18 13218964

Decuria Secunda De Re Scholastica. Polycarpus & Nathanael.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)
[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-196001](http://urn.nbn.de/gbv:ha33-1-196001)

X. De ientaculo.

J. Profit tibi ientaculum tuum, Christiane. C. Et tibi tuum, mi Joachime. J. Miser ego nullum habeo, & stomachus tamen latrat, poscitur, quo repleatur, si non ex toto, saltem ex parte. C. O me felicem & longe quam tu feliciorem! J. Sed esne bonus puer, Christiane! C. Vtique sum bonus. J. Ergo etiam esto beneficus: *Omnis enim bonus est beneficus.* C. Erga quem? J. Erga egentem, qualis ego nunc quoque sum. C. Commodo argumentaris pro commodo tuo. J. Tu vero adde pondus argumento meo, & felicitatis tuae fac me particeps. C. Ecce tibi partem dimidiam, praeter unum, alterumque bolum. J. Gratias ago, Christiane, & quidem pro liberalitate tua liberales.

DECVRIA SECVNDA DE RE SCHOLASTICA. POLYCARPV S & NATHANAEL.

I. De aduentu condiscipuli.

P. Salve, Nathanael! N. Ago gratias, Polycarpe; vnde venis?
P. Ex aedibus patris mei. N. Quid affers? P. Me ipsum: ve-
nio missus in scholam vestram. N. Hospes ac condiscipulus no-
ster eris gratissimus. P. Agnosco tutum erga me amorem, & lau-
do. N. Venisne instructus libris? P. Nullis, vt vides. N. Ergo
es miles sine armis. P. Non pugnabo, sed discam. N. Immo fa-
cilius est, edere sine orbe ac cultro, quam discere sine libro. P. Quod
non dum habeo, comparabo. Interea mihi ediffere, quid tracte-
tis in schola vestra. N. Edifferam, attende. P. Vt vis, attendo.

II. De lectionum initii.

P. Eequod est lectionum vestrarum initium? N. Sacrum: a
Deo enim capessenda sunt rerum omnium primordia, praecipue
in studiis. P. Bene facitis, sed narra, quomodo? N. Primum
preciamur: deinde canimus: post legimus scripturam sacram, in-
terprete praceptor. P. Precari possum, vti & legere, sed ca-
nere nondum didici. N. Vtius est magister optimus, qui non so-
lum verba, sed etiam numeros (Gracci melodiam vocant) sen-
sim docet.

III. De libris.

P. Quid gestas sub pallio, Nathanael? N. Libros scholasticos. P. Ostende mihi eos. N. Ecce tibi omnes & singulos. P. Hem! quantum fasciculum video? Bibliothecam mihi videris portare. N. Noli mirari multitudinem: sunt tantum septem. P. Dic, quaeſo, singulorum nomina. N. Primus vocatur *Donatus*, secundus *Vestibulum*, tertius *Sententiae*, quartus *Vocabularium*, quintus *Grammatica*, sextus *Tirocinium*, septimus est *liber Colloquiorum*. P. O librorum, immo & impensarum nimium, sed scientiae parum! N. Tu vero, vbi tuos habes? P. Ecce, hic sunt, & quidem in uno omnibus: haec est *Grammatica* mea, qua continentur *Vocabularium*, *Donatus*, *Syntaxis*, atque *Poësis*: appendix habet *Tirocinium* & *Colloquia* in epitome. N. Non erras, quod enim fieri potest per pauca, non debet fieri per plura. Rogabo patrem meum, vt mihi eundem librum emat.

IV. De praeparatione ad lectionem.

P. Quid agis, Nathanael? N. Praeparo me ad lectionem instantem. P. Ad quam? N. Ad pensum datum in verbis discedis. P. Quomodo te praeparas? N. Discenda lego ac relego, & quidem mente attenta & voce clara. P. Siccine procedit istud negotium? N. Quidni? non autem sufficit lectio aut relectio una, sed vel decies, immo vicies ac tricies repetita. Sic sine molestia sensim proficio ac disco: sequere me, experieris. P. Optime mones, sequar consilium tuum.

V. De lectionis recitatione.

P. Recita mihi lectionem tuam, Nathanael! N. Tibine, Polycarpe? quis te constituit praeceptorem meum? P. Si recetas in hoc negotio meus esse discipulus, ego tuus ero, & tibi meam recitabo lectionem, vt recitatio coram praeceptore deinde sit expeditior. N. Recita, attendam. P. Sed ita attende, vt mihi haesitanti aut erranti subseruias (*ein oder zurechte helfest.*) N. Subseruiam.

VI. De attentione.

P. Perge, Nathanael, in exponendo colloquio: praeceptor iubet. N. Dic statim, vbi desieris, nam nescio. P. Cur non attendis? N. Cogitabam de prandio. P. O te negligentem & edacem: vix scholam es ingressus, & iam animum habes in patinis, qui in libris esse debebat. N. Monstra, quaeſo, monstra lectionis

hīs tuae terminū, ne vapulem. P. Semel monstrabo, sed, si
ita perrexeris, te deferam, desertus autem certo vapulabis.

VII. De negligentia.

P. Cur frater tuus sere nunquam tenet lectiōnēm suā? N.
Quia est piger & negligens. P. Vnde ipsi existit ista negligentia?
N. Inter alia e vīto edacitatis, sive voracitatis. P. Rem acu tan-
gis: *Nam plenus venter non studet libenter.* N. Ita sane est; &
frater meus pro auditate sua semper maiorem ientaculi partem
captat. P. Sed anne accipit? N. Plerumque, quod cupit, capit;
interdum vero ventrem citius replet, quam oculos. P. Rem
narras, bono puerō indignam.

VIII. De diligentia.

P. Cur me adspicis, Nathanael? N. Miror diligentiam. P. Non
est, quod mireris: facio, quod debeo; neque id, quantum satis
& aequum est. N. Cur vero es tam diligens? P. Quia diligo. N.
Quid, aut quem diligis? P. Deum & studia: *Deum*, qui labore
nobis commendauit immo praecepit: *studia*, in quibus praestan-
tissimum est laborandi genus. N. Bene laboras, nec male philo-
sopharis: laudo diligentiam tuam. P. Laudare non sufficit; se-
qui optimum est. Sin minus diligentia laudatur & alget.

VIII. De garrulitate & ineptiis.

P. Quid garris, garrule! quid ineptis, inepte! N. Quid ad te?
P. Permūltum: nam me impedit. N. Hui! diligentiam huius
pueri! P. Hui! negligentiam huius garruli! N. Vt̄or lingua, quam
mihi Deus dedit. P. Num ad garrulitatem? minime: vehemen-
ter erras, nec vteris lingua, sed abuteris. Interrogante praece-
ptore linguae vsum exerce; abusum inter lectiones sepone. N.
Non male iudicas, fateor. P. Iniice ergo frenum ori tuo, in
primis, cum Deo sit reddenda ratio de vnoquoque verbo, non
solum turpi, sed etiam inepto & otioso, seu inutili.

X. De missione scholae.

P. Quota est hora, Nathanael? N. Cur de hora percontaris?
P. Audeo expecto missiōnēm e schola, quae datur hora vndeci-
ma. N. Vix decima audita est. P. O me miserum! N. Certe mi-
ser es, qui literas fastidis. P. Dicamus, sonuisse decimam. N.
Nonne ~~e~~ pudet mentiri? num putas falli posse Deum, ac falli